

tarsis-
bipar-
oribus.
ceolato,
is albis
popygii
Coxae
ido ar-
articulis
e infra
duobus
ra, basi
.versus
arsi po-
cinereo-
recurvâ,

vescens,
utis an-
alarum
g. corp.

s nigris.
praeter
viantes,
plumatâ.
nigris in-
fra pilis
er fusco
ue rariss
ansversâ

thoracis
ollinosis,
vis, setâ
ng. corp.

uso, setâ

tenui subnudâ. Proboscis cum palpis pallida. Superius occipitis dinidium nigrum; vertex concolor, maeulâ geminâ polline albido aspersâ. Thorax ater, nitidus; dorsi vitta latissima polline cinereo opaca, margines laterales polline albido-cinereo aspersi; pleurae infra polline albido cinereae. Abdomen atrum, nitidum, ventre pallido. Pedes cum coxis slavi, extremis posticorum genibus nigris. Alae cinereo-hyalinae, adversus costam ex cinereo nigricantes, ita ut cellula marginalis inde a venae primae fine reliquâ alâ obscurior sit. — (Canada; Couper.)

95. *Tetanocera ambiguua* nov. sp. ♂. *Antennae elongatae, tenues, articulis ultimis duobus subaequalibus, setâ albo-plumosa: alae nigro-reticulatae, limbo costae et apicis nigro.* — Long. corp. $2\frac{1}{2}$ lin., Long. al. $2\frac{1}{4}$ lin.

Corporis forma ac figura omnino Tetanocerae, sed caput et antennae Sepedontis, ita ut quasi intermedia inter utrumque genus appareat. Ex fusco testacea, thorace et abdome fusco punctulatis. Frons utrinque maculas binas nigras habet, quarum inferior juxta antennas sita est. Antennae longae, tenues, testaceae, apicem versus nigrae; articulus secundus tertio subaequalis, pilis rarioribus nigris instructus; articulus tertius obtusus; seta alba, basim versus lutea, albo-plumosa. Facies prope antennas tuberculum laevigatum badium habet. Pedes testacei, tibiis anticus praeter basim, reliquis in apice nigris. Alae breviusculae, nigro-reticulatae, guttulis marginalibus nullis ita ut limbus costae et apicis niger, marginis postici ex nigro cinereus sit; vena transversa posterior valde arcuata. — (Maine.)

96. *Sapromyza decora* nov. sp. ♀. *Flavescens, maculis nigris variegata, alis fusco reticulatis.* — Long. corp. $2\frac{1}{6}$ lin., Long. al. $2\frac{1}{4}$ lin.

Dilute flavescens, infra pallidior. Tertius antennarum articulus triangulus, supra leviter excisus, setâ nigro-plumata. Frons praeter margines nigro-maculatos convexa, nitida, maculam geminam atram gerens. Genae et occiput fusco-maculata. Thorax et abdomen maculis nigris, seriatim dispositis ornata. Femora singula infra maculâ nigra notata. Alae fusco-reticulatae, costâ et apice radiatis, disco et margine postico guttatis. — (Lake George N. Y.; Osten-Sacken.)

Nota. Capitis forma et praecipue antennarum simillima quibusdam Tetanoceris; hoc et peculiaris frontis figura causam præbent eximiam, ut haec species pro typo habeatur unius eorum generum, in quae Sapromyzæ discepndae sunt.